



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LX. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 12. October 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LX. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 12. October 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis Consulibus atque universis Burgenfibus Civitatis Primslaw presentibus et futuris suam gratiam et ad perhennem memoriam subscriptorum. Ad hoc vestre fidelitatis indefessa ac pura constantia nostrum provocat animum, ut ea, que vestri status commodum atque utilitatem conspiciunt, sedulo, intrepide sinceris ac promptis voluntatibus cum Executione operis efficacis efficaciter prosequamur. Rationabilibus ergo vestris requisitionibus atque instantiis supplicibus inclinati, universa vestra insuper civitatis vestre predictae jura, libertates, possessiones, proprietates, donationes, Gratias approbatas, Confectudines atque immunitates, quibus vos et Civitas decorati dinoscimini et muniti, insuper Privilegia vestra et instrumenta vobis ac civitati per nostros predecessores Marchiones quondam Brandenburgenses super premisis juribus, possessionibus, proprietatibus, Donationibus atque immunitatibus seu super quibuscunque Contractibus indulta et concessa, prout ea vobis rationabiliter concessa sunt, approbamus et ratificamus nec non presentis pagine patrocino confirmamus. Hujus nostre approbationis, ratificationis atque Confirmationis testes ad hoc specialiter rogati sunt spectabilis Vir Dominus Bartholdus de Henneberg, Nobilis Vir Dominus Hinricus de Schwartzborch, Comites, amici nostri et Consanguinei, Honorabilis Vir Segerus Prepositus Stendaliensis, Tidericus de Kerkow et Bartholdus de Buft, milites nostri fideles, cum aliis fide dignis. In premisorum omnium et singulorum firmitatem perpetuam nostro Sigillo muniri iussimus prefens scriptum. Nulli ergo omnino hominum fas sit hanc paginam nostram infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumerit, is nostra noverit gratia se exclusum. Datum Konigsberg per manum Hermanni de Luchow, Anno Domini MCCCXXIII, sexta feria proxima ante diem beatorum Galli et Lulli.

Nach dem Copialbuche der Brest. Bibl. J. F. 31. Blat: 55—57.

LXI. Markgraf Ludwigs Privilegium über die Holzungs-Gerechtigkeit in der Werbellinischen Heide und alle Rechte der Stadt Prenzlau, vom Jahre 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Dux Bavarie, Romani imperii Archicamerarius, tenore presentium recognoscimus protestantes, quod obedientiam, diligentiam servitiumque speciale a fidelibus nostris Consulibus et universis Burgenfibus nostre Civitatis Primpslaw Serenissimo Principi ac Domino, Domino Ludewico Romanorum imperatori, Patri nostro nec non nobis impensas, nobis, nostris heredibus et successoribus impendendas, confortationem auxilium et Confirmationem predictae Civitatis nostre pensantes, defectum, injuriam et desolationem nostre Civitatis Primslaw advenire timentes, patris nostri ex deliberato ipsius ac nostrorum Consiliariorum fidelium consilio, predictam nostram Civitatem gratiose intuebamur, nostris fidelibus, dicte